Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26464
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sionis eius arreptus a demonio rex
astriges uenit ad templum eius. & om
nes pontifices pleni demonibus. &
passi sunt ibi. confitentes apostolatum eius.
& sic sunt mortui. Factus est autem
timor & tremor super omnes incredu
los. & crediderunt uniuersi atque bapti
zati sunt a proberis quos ordinauerat
apostolus bartholomeus. Factum est autem
per reuelationem uniuerso populo ac cla
mante & omni clero ordinatur pali
mius rex episcopus. & cepit in nomine
apostoli signa facere. Fuit autem in episcopatu annis. xx. & perfectis omnibus,
atque bene compositis & bene constabi
litis migrauit ad dominum. cui honor
& gloria in secula seculorum. AMEN.

Passio. S. Iacobi apostoli.

IACOBVS frater IOHANNIS
apostoli & euglistae. omnem iudeam
& samariam uisitabat. & ingre